

CLASSIS UNDECIMA.

De Oleis per expressionem.

Oleum Amygdalarum dulcium.

q. Amygdalarum dulcium siccaram non tamen rancidarum q. v.

Contunde in mortario marmoreo minutissimè, & dein ex his tritis & telâ cannabinâ involutis prælo sensim Oleum exprime.

Eodem modo fiunt.

Olea Amygdalarum amararum.

Sem. Lini,

Papaveris albi &c.

Oleum Ovorum.

q. Ovarecentia numero triginta aut plura.

Coquito donec penitus induruerint, ex his *Vitellos* exime, & comminutos in fargagine igne mediocri assa, spatulâ assidue movendo, donec rufescant, & pinguedinem quandam exudent: dein adhuc ferventes sacculo cannabino aut pilis contecto excipientur, & prælo committantur, ut Oleum effluat usui reponendum.

Olea

Olea Simplicia per Infusionem
 & Decoctionem.

Oleum Rosatum.

P. Olei Olivarum non rancidi lib. X.
Rosarum rubr. recent. non penitus apertarum, leviter contusarum lib. IV.

Misceantur, insolentur, aut loco calido detineantur per viginti dies; dein coquantur lento igne, non tamen ad omnimodam humiditatis consumptionem, postea fortiter exprimantur: expressum Oleum servetur.

Eo quo *Rosatum* modo, siant & sequentia, eâ animadversione tamen adhibitâ, ut in coquendis *Herbarum calidarum Oleis*, earum decoctum addatur. Item quod *Oleum Rosatum, Cherynum, Violarum*, sola etiam insolatione fieri possint, vel saltem parùm bullire debeant, non autem referre, si ex *Herbis calidis Olea diutiùs bullierint.*

Oleum de Absynth.vulgari & recenti Latifolijs, Chamomelinum, ex floribus recentibus. Liliorum alb. ex floribus abjecto luteo, Nymphææ, ex flor. albis abjecto luteo, Rutæ, ex herba virente, Violarum, ex Violis recentibus.

Olea Composita per Infusionem
 & Decoctionem.

Oleum de Capparibus.

P. *Corticum Radicum Capparum Unc. II. Cor-*

Corticis mediani Tamarisci,
Fol. Tamarisci,
Sem. Agni casti,
Ceterach,
Rad. Cyperi an. Unc. β.
Rutæ drach. II.
Aceti vini acerrimi,
Vini albi generosi an. Unc. IV.
Olei maturi lib. II.

Macerentur f. a. per biduum, deinde coquantur lento igne ad consumptionem vini & aceti, Oleum colatum reservetur ad usum.

Oleum de Castoreo.

Castorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Cassiae lignæ,
Croci,
Opoponacis,
Carpobalsami, aut Cubebarum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Costi an. drach. II.
Cyperi,
Schoenanthi?
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri an. drach. II. β.
Olei lib. III.
Vini Hispanici lib. II.
Confice sic, Galbanum & Opopanaxem

96 PHARMACOPEA
in *vino* seorsim dissolve, deinde reliqua
omnia contusat cum *oleo* & *vino* coquito in
duplici vase ad consumptionem *vini*: Po-
stea *cola*, ac dissolutum & expressum *Gal-*
banum cum *Opoponace* *oleo* affunde, & ite-
rūm coque sufficienter, ac repone, sūpiùs
miscendo imposterum, ut *Galbanum* &
Opopanax in vasis fundo subsidentia *oleo*
commisceantur.

Oleum Catellorum.

¶. *Olei Olivarum lib. IV.*

Catellois nuper editos Num. II.

*Vermium terrestrium vino albo submer-
sorum & lotorum lib. I.*

Coctis *Catellis* ad ossium compaginis
dissolutionem, adjiciantur *Vermes* & rur-
sum coquantur ad humiditatis excremen-
tiae evaporationem, expressioni adde

Terebinthinæ Cypriæ Unc. III.

Spiritus vini Unc. I.

Et perficiatur f. a. *Oleum.*

Oleum Croci.

¶. *Croci Unc. β.*

Myrrhæ electæ drach. II.

Aceti vini Unc. IV.

Cardamomi drach. IV. & β.

Olei Unc. IX.

*Crocum & Myrrham diebus quinque
macera cum acetō, die sexto *Cardamomum*,
septimo cum *oleo* coquantur igne lento ad
acetii consumptionem.*

Oleum

Oleum de Euphorbio.

P. Staphidis Agricæ,

Saponariae an. Unc. β.

Pyrethri drach. VI.

Calaminthæ montanæ siccæ Unc. I. β.

Cosm. drach. X.

Castorei drach. V.

Trita, triduoque macerata in vini odo-
riferi lib. I. coquantur ad medias. Dein-
dè frica multum diuque manibus, & co-
la, & cum Olei cheyrini lib. I. β. coque
ad vini reliqui consumptionem: in hoc
oleo solve.

Gummi Euphorbij electi & tenuissime
triti Unc. β.

Factâ dissolutione calore leni, fiat co-
latura, Oleumque servetur usui.

Oleum Hyperici compositum.

P. Summitatum & Florum Hyperici ad ma-
turitatem seminis ferè accendentium lib. I.

Olei veteris clari lib. II.

Vini odoriferi lib. I.

Macerentur tribus diebus ac noctibus,
bulliant deindè in duplice vase, obturato
orificio vasis ad vini consumptionem, po-
stea exprimantur: novas Summitates, Flo-
res, & Vinum in eodem Oleo macera, co-
que & colla ut ante, idque tertio fiat, tum
forti expressioni adde

Terebinthinae claræ lib. I.

Croci pulverisati scrup. IV.

Servetur ad usum.

G

Oleum

Oleum Lumbricorum terrestrium.

R. *Lumbricorum terrestrium vino albo submersorum & lotorum lib. II.*

Olei Olivarum lib. IV.

Bulliant ad consumptionem humiditatis colentur & exprimantur.

Oleum Mastichinum.

R. *Olei Majoranae lib. I.*

Mastichis electe & groppo modo contusa Unc. III
Sola dissolutione Mastichis, lentissimo calore, fine ulla ebullitione paretur praestans oleum, quod colandum & ita servandum.

Oleum Myrtillorum.

R. *Baccar. Myrti ruditer contusarum lib. β.*

Olei Omphacini lib. I. β.

Vini rubri ansteri lib. β.

Coquantur ad consumptionem vini, colentur & exprimantur.

Oleum Mucaginum.

R. *Rad. Althææ recentium Unc. XX.*

Scyllæ recentis in mortario marmoreo contusarum Unc. IV.

Sem. Fænugræci,

Lini integrorum an. lib. I.

Macerentur in f. q. aquæ; deinde leniter coquantur donec remittant crassam, & viscosam mucilaginem:

Cujus

Cujus per setaceum traejectæ lib. II.

Adde

Olei Anethini,

Chamæmelini,

Liliorum alborum an. Unc. XVI.

Coquantur simul ad humiditatis aqueæ consumptionem, subinde agitando ne adurantur.

Oleum Vulpinum.

Vulpem (qua fieri potest) pingueum, etatis mediae, venatuque circa Autumnū captam.

Hanc occide, exentera, carnisque post detractam pellem in frusta dissectis, fractisque singulis ossibus, adde

Vini albi,

Aqua fontis an. lib. X.

Salis marini Unc. III.

Summitatum Anethi,

Thymi,

Chamæpityos! an. m. IV.

Coque diligenter despumando ad medias, mox fiat cum expressione colatura: eandemque recoque cum

Olei veteris optimi lib. IV.

Flor. Salviæ,

Rorismarini an. m. II.

Absumpta demum aquea humiditate collentur denuò; oleumque ab omni aquositate immune servetur usui.

Olea per Destillationem.

Oleum Absynthii.

P. Absynthij siccii q. v.

Maceretur aqua fontanâ Tartarisata per quatuordecim dies, vel fine maceratione additâ Salis communis f. q. destilletur per Vesicam, & exibit aqua cum oleo, separatur oleum per infundibulum, vel vitrum separatorium dictum, & servetur ad usum.

Eodem modo extrahitur:

Oleum Herbarum Menthae,

Rorismarini,

Rutae,

Sabinae,

Salviae &c.

Florum Aurantiorum recentium,
Lavendulae, &c.Corticum Aurantiorum recentium,
Citri recentium, &c.

Qui *Cortices* ab alba parte interiori separantur, contundantur, macerentur, postmodum destillentur ut suprà.

Oleum Seminum Anisi.

P. Sem. Anisi contusorum lib. II.

Aqua fontana lib. XX.

Tartari albi crudi pulverisati Unc. II.

Macerentur per 24. horas, destillentur per Vesicam, seu per Alembicum cum suo refrigeratorio. Oleo cum aqua extracto per infundibulum separato, aquam adhibe ad novam destillationem.

Eodem modo extrahitur.

Oleum ex sem. Anethi,

Carui,

Cumini,

Dauci,

Foeniculi, &c.

Ex Aromat. ut Cinnamomo,

Garyophyllis,

Macere,

Nuce Moschata, &c.

Ex lignis aromaticis, ut Sassafras,

Rhodio, &c.

Oleum ex Baccis Juniperi.

¶. Baccarum Juniperi recentium lib. L.

Contundantur & ponantur in vase terreo cum aquæ frigidæ lib. XXIV. & fermenti acrioris lib. I. Reponantur in cella (vase bene obturato) per tres menses; deinde distillentur per Alembicum, vel Vesicam cum aquæ simplicis convenienti quantitate. Post separationem olei per infundibulum, scrvetur aqua ad novam distillationem.

Eodem modo fit

Oleum ex Baccis Lauri,

Hederæ, &c.

Oleum Ceræ.

¶. Ceræ flavæ q. v.

Liquefiat Cera, & à carbonibus, lateribus, vel globulis argillaceis ignitis imbibatur, qui indentur Retortæ, & extrahatur oleum in arena: quod cum copiosa aqua rectificetur.

Eodem modo destillari poterunt *olea ex Pinguedinibus*: nec non ex *Gummi & Resinis*, quæ in *pulveres* redigi non possunt.
Eiusmodi sunt

Ammoniacum,
Caranna,
Opoponax,
Sagapenum,
Styrax liquida,
Tacamahaca, &c.

Oleum de Lateribus.

¶. *Lateres aut Tegulas rufas antiquissimas, ex rufo luto ductas, easque confringe in frusta mediocria, & in prunis urito, donec excanduerint. Deinde à prunis exempta fragmenta extinguantur oleo claro veteri, illico cooperiendo ne flammarum contrahant, ac demittito, donec planè refrixerint, & oleo se impleverint, exempta terrantur, pulverem hunc in Retortam ac Cucurbitam vitream luto Chymico lutata in indito, & jungatur Recipientis capax iuncturis pariter luto obductis, ac per gradus ignis *oleum* elicto: quod prolectum in Phiala diligenter obturata recondatur.*

Oleum Myrræ per deliquium.

Aliquot *Ovis* ad duritatem coctis, & per medium longitudinem incisis, *Vitelli* eximantur: Tum albuminum cavitates *Myrræ tritæ* ad medietatem implentur, & dentid

deuò conjungantur eorundem partes,
filoque leviter constringantur & suspen-
dantur in cella: ut sic Myrrha liquatus
humor in fistile vel vitreum vas distillari
queat.

Oleum Terebinthinæ.

y. Terebinthinæ q. v.

Destilletur per Vesicam affusâ aquâ
copiâ.



CLAS-